Universitätsbibliothek Paderborn

Iacobi Bidermani E Soc. Iesv Ignativs Sive De Vita Et Gloria S. Ignatii Loiolæ Soc. Iesv Conditoris Libri Tres

Bidermann, Jakob

Antuerpiae, 1635

Druckerlaubnis

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10788217-5

Visual Library

MVTIVS VITELLESCVS Societatis IESV Præpoſitus Generalis.

CVM Vitam S. IGNATII de LOIOLA, P. Iacobi Bidermani, noſtræ Societatis, nonnullis in locis auctam, aliquot eiuſdem Societatis, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint; facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ita Reuerendiſſ. Domino Viceſgerenti, & Reuerendiſſ. Patri Magiſtro Sacri Palatij videbitur. In quorum fidem has litteras, manu noſtrâ ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ XXII. Octobris, M. DC. XXXIII.

Mutius Vitelleſcus.

Imprim. ſi videbitur Reuerendiſſ. Patri Mag. Sac. Pal. Apoſt.

A. Torniell. Viceſg.

SAnctiſſimi Patriarchæ IGNATII LOIOLAE, Societatis IESV inclyti Conditoris, à R. P. Iacobo Bidermano ex fide & certis tabulis deſcriptam, ego ex commiſſione Reuerendiſſimi P. Magiſtri S. P. A. peculiari meo ſolatio legi, & communi omnium profectui probo.

 Placuit

Placuit methodus, delectauit ſtylus, tenuit argumentum. Audacter ſpondeo, inuenient docti quod laudent, probi quod imitentur, improbi quod confundat. In exigua opella vidi ingentia magnalia Dei; deſpicatiſſima principia in miram excreuiſſe amplitudinem: vniuſque hominis, perpetuo ſtudio ſe vilificantis, prolem illuſtrem, ſummâ celeritate & maieſtate in omnes pænè orbis regiones diffuſam. Felicis parentis felix progenies, ſeneſcenti orbi fulciendo ſubmiſſa. Hæc abundè probat iſte commentarius. Ego typis & lectione digniſſimum cenſeo. Romæ ad Aram cæli. Idibus Nouemb. anno M. DC. XXXIII.

Fr. Lucas VVadingus V. Commiſſarius generalis Ordin. Minor. Reg. Obſer. in Curia Romana.

Imprimatur.

Fr. Nicolaus Riccardius Sac. Palatij Apoſt. Mag. Ord Præd.

LE-